

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

19. Exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

ti & libero arbitrio cap. 4. Sophista igitur & hereticus Beza, qui liberum nostrum negat arbitrium, quod toties illi exprobrat Augustinus. Quomodo autem peccator omnis absque Christi gratia seruus peccati est, & qualiter illa seruitus adeoque necessitas peccandi, quam sine gratia Christi contra Pelagianos Augustinus saepe inculcat, vide studiose explicatum in opere nostro de Iustificatione.

Lib. 2.
cap. 10.

19. *Exibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem.*

Heretici hodie ex his Apostoli verbis Hominem legis obedientiam, & bonorum operum executionem, esse quidem sanctificationem quandam, qualis regeneratos deceat, sed non esse ullam in conspectu Dei & veri nominis iustitiam, docent. Apostolus autem hoc loco nomine sanctificationis veri nominis iustitiam intelligit. ^{Sanctifica-} Opponit enim idem so-
^{tio & iu-}
^{stificatio-}
^{nant.} illam iniquitati τη̄ ἀνομία: quæ est legis transgreditio, & vt Caluinus hic exponit vniuersalitatis vita corruptio. Ideoque talem intelligit sanctificationem, quæ ex iusta legis observatione nascatur. Vnde Caluinus ipse hoc loco: *Iustitiam (inquit) pro lege & regula iustitie vniendi positam interpretor, cuius finis est sanctificatio.* Deinde, sanctificationem & iustificationem Apostolica Scriptura aut pro eodem accipit, aut individuo nexu coniungit.

Y 3

Sic

Sic quod hic dixit, Habetis fructum vestrum
sanctificationem; alijs verbis alibi repetit, q.
Rom. 8. ritus viuit propter *sanctificationem*, quam ibi o-
 ponit peccato, propter quod corpus mo-
 tuum est; sicut hic opponit *sanctificationem*
 operibus immunditiae & peccati. Rursum
2. Cor. 7. quod Paulus dixit, *Mundantes nos ab omni u-*
quinamiento carnis & spiritus, perficietes sanctifi-
2. Petr. 2. cationem; alijs verbis dixit Petrus, eos qui
quinationibus mundi implicati sunt, deserentis
institutio. Postremo, Apostolus non solum di-
3. Cor. 6. xit, nos ablutos esse, & sanctificatos esse, sed etiam
iustificatos esse in nomine Christi. Ita haec enuntia-
& hic fucus honestus de sanctificatione qui
agnoscunt, illorum impiam doctrinam
sola fide iustificante nihil iuuat. His additum,
quod hanc sanctificationem sic inchoantibus
tantum in suis electis Deum, tutoque via
curriculo ita lentè in eo progredi docet,
vt nihilominus in seipsis peccatores semper
sint, & rei coram Deo, propter ipsam co-
cupiscentiam coram Deo damnabilem. Si
enim Caluinus accurate docet, Instit. lib.
cap. 3. num. 11. & seqq. ut apud illum ho-
nem tota nostra sanctificatio nihil sit aliud
quam vera immunditia & coram Deo dan-
pabilis; vt cunque eum aliter hic loqui Se-
ptura Apostolica cogitat.

336